

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Crudelitas b  
cum fonte primo

Persequi facit homines  
aut diuiciarum ambitus aut superbie odiosa iactancia.  
Pauperem et mendicum insequi sola seuitia est  
cuius nec honor queritur nec habundancia facultatis ambitur.

Cassiodorus super illud Psalmorum: Et persecutus est  
hominem inopem et cetera.

Persequi plerumque facit homines,  
aut diuitiarum ambitus, aut superbiae odiosa iactantia.  
Pauperem uero et mendicum insequi sola saeuitia est,  
cuius nec honor quaeritur, nec abundantia facultatis ambitur.

Aurelius Cassiodorus, *Expositio Psalmorum*, 108.17  
(CCSL 98, M.Adriaen ed., p.998, ll.247-251).